

VITALIS MICHAEL^{II}.

Anno 1156. Electus DUX XXXVIII. obiit Ann. 1173.
INSCRIPTIO ANTIQVA.

*Imperium vasto triremibus undique missis
Vrbis Aquileia Patriarcham tradactributis.*

XXXVIII



Dclavum regiminis assumptus Vitalis Michaelius II. Rem-publicam protinus populo associavit Pisano. Legitimā namque repudiatiā coniuge ab Imperatore amente potius, quam amante Friderico Ænobarbo; Orbe in partes diviso, dirum scindebat scisma tunicam Christi. Alex. III. R. P. contra Victorem Antip. quia adorarent Veneti, Aenobarbum concitaverant, & cum eo Patavinos, Veronenses, Ferrarenses, Aquileienses. Hostium tamen numerus victorias multiplicavit. Primus omnium in foveam cecidit, quam ipse foderat, Vlricus Patriarcha Aquileiensis, qui cum auxiliaribus Carnorum copiis Gradum occupaverat. Fugatis namq; turpissimè Carnis, Vlricus in captivitatem ductus anniversaria Venetiis fovet bacchanalia, cęso ad memoriam Tauro, cum duodecim apris, Patriarcha scilicet & duodecim Canonis. Adrienses qui Lauretum vastaverant & Caputaggeris: tuba auditā militari, fugā se subduxerunt. Purgato itaque Adriaco piratis, producto Imperio, cum pax speraretur diurna; Cæsar exur-
git